IIII. que significant creatorē p tria. & creaturā p IIII. septenarium numerum
efficiunt. p quē motus mundi ebdomada reuoluitur; haec quater
ducta id est p corpus temporaliter demonstrata. fiunt. XL; Nam inter
IIII. & quater hoc inter est. quod quatuor in statu sunt. quater in motu;
Ergo sicut IIII. referunt ad corpus. ita quater referuntur ad tempus, insinu
atur quia sacramentum corporaliter gestum. propter eos qui cor
porum amore implicati erant & temporibus subditi, quadragena
rius ergo numerus ut dictum est. temporalem ipsam dispensationem
non incongrue significare creditur. & forasse hoc est. quia XL. dies dns
ieiunauit. sci hi huius quod motu corporum & temporibus agitur osten
dens inopiam, postea esuriit, Quod aut dns consummatis ieiunii di
ebus esuriit. cum de moyse uel helia ieiunantibus. nihil tale sit scriptum.
ideo factum est. ne ab eo temptando pauens hostis aufugeret. quem cum tot
signis celestibus praeconatum. tum etiam uiris excellentissimis in absti
nendo uideret & equatum, esuriit enim humilis ds homo, ne inimico
innotesceret sublimis homo ds; Sicut enim in XL. dierum. ieiunio uerus
est sed ds apparuit. sic in esurie uerus esse credendus est homo; & accedens te
tator dixit ei. si filius di es; Queritur qua causa aestimauerit eum filium
di esse, Nimirum permittente do audierat patrem dicentem. hic est filius meus
dilectus. Siue ideo. quia in prophetis eum prophetatum nouerit, querit tem
tator quod non merebatur agnoscere. eius namque ueneranda natiuitas uix
tunc paucis innotuit. quibus tamen ipse reuelare dignatus est, principi uero
huius sci latuerunt ista tria mysteria. id est uirginitas. partus. & passio. Ante
quius hostis redemptorem humani generis debellatorem sui in mundum
uenisse cognouit. unde & per obsessum hominem dixit. quid nobis & tibi
fili di uenisti huc ante tempus torquere nos; qui tamen prius cum
hunc passibilem cerneret. cum posse mortalia perpeti humanitatis ui
deret. omne quod de eius diuinitate suspicatus est ei fastu sue supbiae
in dubium uenit; Nihil quippe nisi supbum sapiens. dum esse hunc
humilem conspicit. dm esse dubitauit. Unde & ad temptationis se argu
menta conuertit, Dic ut lapides isti panes fiant, Esurienti congrue dica

Jena U.B. 2 Ec 32.

Jena UB. El. f. 32, fol. 108r

eſt iſte uerſiculus. non exponenduſ. ne culpam quã in nobis extinc
tam credebamuſ. per incuriam noſ uacanteſ opprimat, & ueniens
inuenit uacantem ſcopiſ mundatam & ornatam. hoc eſt gratia bap
tiſmatiſ a peccatorum labeĩ caſtigatam. ſed nulla boni operiſ induſ
tria cumulatam, unde bene hic euangeliſta hanc domum uacan
tem ſcopiſ mundatam atque ornatam dicit inuentam, munda
tam uidelic& a uitiiſ priſtiniſ per baptiſmum. uacantem
a boniſ actibuſ per neglegentiam. ornatam ſimulatiſ
uirtutibuſ per hipochriſin, Tunc uadit & aſſumit
ſecum alioſ ſeptem spiritus nequioreſ ſe. & intranteſ habi
tant ibi, per ſeptem maloſ spiritus uniuerſa uitia deſignantur,
quem cumque enim poſt baptiſma. ſiue prauitaſ heretica.
ſeu mundana cupiditaſ arripuerit. mox omnium proſtern&
in ima uitiorum, unde recte nequioreſ tunc eum spiritus dicuntur
ingreſſi. quia non ſolum habebit illa uii. uitia que uii. ſpiri
talibuſ ſunt contraria uirtutibuſ. ſed & per hipochriſin ip
ſaſ ſe uirtuteſ habere ſimulabit, & fient nouiſſima hominiſ
illiuſ peiora prioribuſ, Meliuſ quippe erat ei uiam ueritatiſ
non cognoſcere. quã poſt agnitionem retrorſum conuerti,
quod in iuda traditore & ſimone mago ceteriſ que talibuſ
ſpecialiter legimuſ impletum; immunduſ quippe spiritus exiuit
a iudeiſ. quando acceperunt legem. & ambulauit per loca ari
da querenſ ſibi requiem. expulſuſ uidelic& a iudeiſ. ambula
uit per gentium ſolitudineſ, que cum poſt ea dño credidiſ
ſent. ille non inuento loco in nationibuſ dixit, reuertar ad do
mum meam priſtinam unde exiui; habebo iudeoſ quoſ ante
dimiſeram, & ueniens inuenit uacantem ſcopiſ mun
datam, uacabat enim templum iudeorum. & xp̃m
hoſpitem non habebat dicentem. dimittetur uobiſ domuſ
uĩa deſerta, quia igitur dei & angelorum preſidia non habebant.
& ornati erant superfluis obſeruationibuſ phariſeorum reuer

...iedrich-Schiller-Universität
Fotozentrum
07743 Jena
Beethovenstr. 6
Tel 03641/ 63 62 28

Thüringer Universitäts- und
Landesbibliothek
Fürstengraben 6
O-6900 Jena

Ms. Bl. f. 32

f. 108r